



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

XVI. Christus sudat sanguinem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

*Unus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus.*

CAPVT XVI.

*Christus sudat sanguinem.*

**F**IGVRA. Vt primus Adam in sudore vultus sui comedit panem. Genes. 3. 19. 20. Sic Christus voluntatem Patris sui. (quæ cibus eius fuit) faciens. Luc. 22. 44. facie sanguineum sudorem emittit.

**P**ROPHETIAE. Psal. 21. 15. 16. 17. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea, factum est cor meum tanquam cera liquecens in medio ventris mei. Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhaesit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me, &c.* Ezech. 24. 12. 13. *Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neq; per ignem. Immunditia tua execrabilis: quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis: sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te.* Zach. 1. 8. *Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo: & post eum equi rufi, varij, & albi.*

**V**ERITAS. Luc. 22. 44. *Et factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram.*

CAPVT XVII.

*Christum prodii Iudas cohorte assumpta.*

**F**IGVRAE. I. Pharo cum Aegyptijs persequitur Moysen. Exod. 14. 8. 9. *Indurauitq;*

T 5

*Dominus*